

JACOBI DE VITERBIO O.E.S.A.
 "QUAESTIONES DE DIVINIS PRAEDICAMENTIS":
 QUAESTIO XXIII

La question XXIII¹ est libellée ainsi: *Utrum potentia conveniat Deo proprie*. Elle manque dans le manuscrit de Bordeaux, mais se trouve bien dans les manuscrits de Naples (N), de Rome (R), de Toulouse (T) et de Padoue (P). Elle couvre les feuillets 92^{vo}a-96^{vo}a en R, les ff. 167-176^a en T, les ff. 36^a-37^b en P et les ff. 60^{vo}-69^a en N. Dans les marges de T et de P se trouvent quelques corrections; des notes techniques ont été ajoutées dans les marges de T et de P et surtout de R.

Puisque cette question ne figure pas dans le manuscrit bordelais, nous nous sommes servis des manuscrits N, R et T, tout en consultant P, pour rétablir le texte.

La question a été rédigée de la façon habituelle. Une vingtaine d'arguments répondent négativement à la question posée, et un autre positivement. L'exposé qui suit est divisé en deux parties principales, suivies des réponses aux arguments préalables. Au cours de l'exposé l'auteur se réfère à Aristote et à son Commentateur Averroès, à Algazel, à Augustin, à Boèce, à Jean Damascène, à Pierre Lombard et à Proclus, et aussi aux questions précédentes². Pour ces références nous renvoyons aux mêmes éditions que dans les questions éditées avant. Quant à Proclus, nous utilisons aussi l'édition de Boesse, pour Pierre Lombard celle de Migne et pour Algazel celle de Muckle.

¹ Voir: Jacobi de Viterbio o.e.s.a. *Quaestiones de Divinis Praedicamentis*. Quaestio XVIII. *Augustiniana* 38 (1988), 67-98; Quaestio XIX. *Ib.* 39 (1989), 154-185; Quaestio XX. *Ib.* 42 (1992), 351-378; Quaestio XXI. *Ib.* 44 (1994), 177-208; Quaestio XXII. *Ib.* 45 (1995), 299-318.

² ALGAZEL, *Algazel's Metaphysics*. A medieval translation. ed. J.T. MUCKLE C.S.B., Toronto 1933. ARISTOTELES et AVERROES, *Aristotelis omnia quae extant opera, selectis translationibus ... illustrata ... Averrois Cordubensis in ea ... Commentarii*. ed. Venetiis 1562/74; re-ed. Frankfurt 1963. Vol. V, VIII, etc. AUGUSTINUS, *De Trinitate*. PL 42; CCL 50 (1). BOETIUS, *De Persona et Duabus naturis*. PL 164. JOHANNES DAMASCENUS, *Dialectica*. PG 94. PETRUS LOMBARDUS, *Libri IV Sententiarum*. PL 192. PROCLUS, *Elementatio Theologica*. ed. H. BOESE, Leuven 1987; ed. C. VANSTEENKISTE, in: *Tijdschrift voor Philosophie* 13 (1951), 263-302; 491-531. THOMAS AQUINAS, *Quaestiones Disputatae ad fidem optimarum diligenter ... nova editio*. ed. P.F. MANDONNET O.P., III vol., Paris 1925.

DE PRAEDICAMENTIS IN DIVINIS QUAESTIO XXIII

Quaestio est: Utrum potentia conveniat Deo proprie.

- (1) Et videtur quod non, quia, si in eo esset potentia vel esset finita vel infinita, sed neutra esse potest; finita quidem non, quia tunc sequeretur quod potentiae divinae ad potentiam creatam esset aliqua proportio, cum
5 finiti ad finitum sit proportio.

Item, sequeretur quod Deus potest producere creaturam quae suam potentiam exhauriret, et sic producere posset creaturam sibi aequalem. Haec autem sunt inconvenientia. Ergo, et cetera.

- Infinita vero potentia in Deo non est, quia tunc moveret in non
10 tempore, quia maior virtus semper movet in minori tempore; ergo infinita in non tempore. Ergo, et cetera.

(2) Praeterea, opposita non possunt simul eidem convenire, sed actus et potentia sunt opposita; cum ergo actus conveniat Deo, ut supra dictum est, videtur quod potentia ei convenire non possit. Ergo, et cetera.

- 15 (3) Praeterea, si potentia esset in Deo, vel esset idem cum actu, et hoc non potest esse. Philosophus enim, in IX Metaphysicae, probat opinionem dicentium quod tunc dicitur aliquid posse quando operatur. Isti enim idem faciunt potentiam et actum; quo posito sequuntur multa inconvenientia, ut ibi ostendit. Vel esset divisa ab actu, et hoc similiter non potest esse, quia
20 tunc in Deo esset compositio et diversitas. Ergo, et cetera.

- (4) Praeterea, arguebatur specialiter quod potentia activa non conveniat Deo, quia, aut esset semper coniuncta actui; et hoc non videtur, quia tunc non esset potentia, — sicut enim illud quod semper est, non habet potentiam ad esse, ita quod semper agit non habet potentiam ad agendum
25 —, aut esset non semper actui coniuncta; et tunc sequeretur in Deo variatio. Omnis enim potentia vel naturalis vel rationalis est; naturalis coniungitur actui per approximationem, rationalis per novum appetitum. Et sic semper potentia, quae aliquando est non coniuncta actui, coniungitur ei per variationem sui. Ergo, et cetera.

2 videtur *add.* primo T eo/Deo N 6 creaturam/potentiam N 11 ergo, et cetera *om.* NR; et cetera *om.* P 14 ergo *om.* T 15 actu *add.* in Deo N 16 esse *om.* N; potest esse/est R opinionem/oppositionem T 17 aliquid/ad TR 19 ibi/ibidem N similiter/ simpliciter N 20 ergo *om.* N 24 ad esse ... habet potentiam *om.* TPR agendum *corr.* essendum R1 in marg. 26 est *om.* R 27 rationalis *add.* autem N novum *om.* N

13. voir Quaestio XXII, III, l. 345 sqq.

16. Vol. VIII 229F; Bekker 1046b.

30 (5) Praeterea, si in Deo esset potentia activa vel esset respectu actionis intrinsecae vel extrinsecae. Sed non respectu intrinsecae, quia talis operatio in Deo non est nisi intelligere et velle; respectu autem horum in Deo non ponitur potentia, ut a pluribus dicitur.

Item, nec respectu extrinsecae, quia actio extrinseca praesupponit
35 intrinsecam; quare et potentia ad actionem extrinsecam praesupponit potentiam ad intrinsecam. Cum ergo non sit potentia ad intrinsecam, sequitur quod nec ad extrinsecam. Ergo, et cetera.

(6) Praeterea, secundum Philosophum, in IX Metaphysicae, quaecumque dicuntur secundum posse, idem est potens contraria, ut idem est
40 potens laborare et convalescere, moveri et quiescere, aedificare et corruiere. Sed hoc Deo non convenit, scilicet posse contraria, cum semper unum contrariorum dicat imperfectionem. Deo autem non convenit potentia in comparatione ad aliquod imperfectum. Ergo, et cetera.

(7) Praeterea, illud quod dicit perfectionem, limitatam non convenit
45 Deo nec dicitur de ipso proprie. Sed potentia dicit perfectionem limitatam. Probatio. Quia illa est potentia limitata quae non includit in se omnem perfectionem; multae autem sunt perfectiones quae non includuntur in potentia. Ergo, et cetera. Et simili ratione arguebat de aliis perfectionibus, scilicet sapientia et huiusmodi.

50 (8) Praeterea, potentia activa non est substantia activa, sed aliquid superadditum substantiae. Sed in Deo nihil est superadditum substantiae eius. Ergo, et cetera.

(9) Praeterea, si esset potentia in Deo, maxime esset respectu intelligere et velle. Sed respectu horum non est, quia in eo essent plures
55 potentiae; quod non videtur. Una enim sola potentia in eo ponitur respectu productorum quae comprehendit et intellectum et voluntatem.

(10) Praeterea, in Deo non differt actus et potentia nisi ratione. Ergo potentia non dicitur realiter in Deo, et per consequens nec proprie.

(11) Praeterea, potentia activa est principium transmutationis in aliud.
60 Sed Deus agit sine transmutatione et motu, ut patet in rerum creatione. Igitur saltem respectu actionis talis non est in Deo activa potentia.

(12) Praeterea, potentia est medium inter substantiam et operationem.

30 esset *om.* N 33 ponitur/ponit N 35 extrinsecam *corr.* T1; *om.* T 36 non *om.* P
Cum ergo ... ad intrinsecam *om.* T 38 (philosophum) in *om.* N 40 potens/posse N
corruiere *mss.* construere 42 dicat/dicit N 44 perfectionem/imperfectionem N 56
productorum/praedictorum N 57 differt/esset N 59 aliud/alio N 61 in Deo *post*
activa potentia T

Sed in Deo non est substantia et operatio quae sunt extrema; quare nec medium, scilicet potentia. Minor probatur. Quod enim in Deo non sit
 65 substantia, patet per Augustinum, VII De Trinitate, caput 5, qui dicit quod Deus abusive dicitur substantia.

Quod autem operatio non sit in Deo, patet primo auctoritate Magistri, in II Sententiarum, qui dicit quod Deo non convenit agere; secundo ratione, quia non convenit ei actio intrinseca, quia in eo esset
 70 receptio, nec extrinseca, quia secundum Commentatorem nullum immateriale transmutat materiale.

(13) Praeterea, si in Deo esset potentia, illa esset infinita. Sed hoc non potest esse, quia tunc esset frustra dum non reduceretur ad actum, quia non potest ab eo produci effectus infinitus, et cetera.

(14) Praeterea, potentia activa est eiusdem generis cum actione. Unde ex hoc probant quidam quod potentiae animae sunt accidentia. Sed actio Dei extrinseca non potest esse eiusdem generis cum eo quod in Deo est, cum talis actio sit ipsa creatura. Igitur respectu talis actionis non est in Deo
 75 potentia activa.

(15) Praeterea, omne agens per potentiam activam agit applicando potentiam suam ad aliquid, sicut patet in omnibus potentiis tam naturalibus quam rationalibus. Sed Deus cum creat non applicat potentiam suam ad aliquid, cum nihil praesupponat. Ergo non creat per potentiam, et sic respectu creationis non est in ipso potentia.

(16) Praeterea, cum potentia dicat habitudinem, aut dicit habitudinem secundum rem, et hoc non est verum, aut habitudinem secundum rationem, et hoc etiam non videtur, quia relatio Dei ad creaturam est sicut mensura ad mensuratum; mensura autem non refertur ad mensuratum nisi quia mensuratum refertur ad mensuram. Sed creatura non semper refertur ad
 85 Deum, quia non semper est; quare nec Deus semper ad creaturam refertur. Sed si Deo conveniret potentia ab aeterno, ei conveniret semper. Igitur potentia non est in Deo.

(17) Praeterea, quia Respondens dicebat quod potentia activa est in Deo,

64 scilicet potentia *om.* N sit/est NR 65 caput 5 *om.* N 68 (Deo) non *om.* TP 71
 transmutat *add.* per T materiale *add.* ergo N 72 infinita/finita T 73 dum/cum N
 75 Unde/et non N ex hoc *add.* quod N 76 quidam/aliqui T quod/quia N 83
 praesupponat/supponat N 84 ipso/eo N 86 est/potest esse N 93 dicebat/dicit N

65. PL 42, 942; CCL 50, 261.

68. Distinctio I (2); PL 192, 652-653.

70. in IV Metaphys. Vol. VIII 67^o LM; 94^o AB.

non autem passiva, arguebatur multipliciter quod in Deo sit potentia
95 passiva. A Deo enim removetur omnis impotentia, quare sibi convenit
omnis potentia; quare potentia passiva.

(18) Praeterea, sicut illud quod potest generare habet potentiam activam,
ita illud quod potest generari habet potentiam passivam. Sed Filius Dei
potest generari; igitur habet potentiam passivam, et sic est in eo potentia
100 passiva.

Quod autem Filius Dei potest generari videtur. Constat enim quod
potentia generandi non solum est in Patre, sed etiam in Filio, tamen sub
opposito respectu, quia in Patre est ut generet, in Filio ut generetur. Cum
ergo potentia generandi in Patre sit activa, videtur quod in Filio sit
105 passiva.

(19) Praeterea, ubi est passio, ibi est potentia passiva. Sed in Deo est
passio; ergo, et cetera. Probatio Minoris. Quia passio non importat
imperfectionem secundum rationem suam essentialem, nam secundum
rationem suam essentialem dicit habitudinem quandam secundum quam
110 dicitur aliquid esse ab alio. Licet autem haec habitudo interdum fundetur
in motu, tamen motus non pertinet ad rationem essentialem passionis
propter hoc. Unde et in alio praedicamento est motus et passio. Sed
habitudo haec, quae est esse ab alio, non dicit imperfectionem, nec ex eo
quod habitudo est, nec ex eo quod talis habitudo scilicet ab alio esse;
115 igitur est in Deo, ubi est aliquid ab alio, ut Filius a Patre.

(20) Praeterea, sicut se habent ad invicem actio et passio, ita potentia
activa et passiva, cum potentia activa dicatur ex actione, passiva vero ex
passione. Sed actio et passio sic se habent quod ubi est una, et alia, quia
unus motus sunt. Quare similiter potentia activa et passiva sic se habent
120 quod ubi est una, et alia erit. Cum ergo in Deo sit potentia activa, erit in
eo et passiva.

In contrarium arguebatur scilicet quod potentia sit in Deo, scilicet
activa, quia ab eo egreditur actio; igitur in eo est aliqua potentia activa.
125 Ergo, et cetera.

I Ad huius quaestionis evidentiam primo considerandum est quot et

94 passiva/positiva N passiva *add.* contra hoc N; *add.* contrarium hoc R; *add.* hoc
autem T 95 impotentia/potentia T 97 Praeterea *om.* T 108 nam secundum ...
essentialem *om.* T 111 pertinet *add.* et N 113 nec/sed T 115 Patre *add.* ergo, et
cetera T; *add.* ergo P 116 ita/sic se habet NR 118 Sed/quod P et alia *add.* et T
119 (motus) sunt/est N Quare/Et T similiter/simpliciter N; simul P potentia *om.* T
sic *om.* R; sic se habent *om.* T 123 In/Item in T 124 (potentia) activa/passiva N

quibus modis potentia dicitur. Constat enim quod est nomen multipliciter dictum, sicut et alia nomina communia consequentia entis. Ideo oportet
130 accipere modos potentiae.

II Secundo vero videndum est, singillatim discurrendo per illos modos, an Deo conveniat potentia.

I Quantum ad primum sciendum quod, licet possibile videatur dici a
135 potentia, tamen possibile in plus est quam potentia, quia non quodlibet possibile dicitur secundum potentiam. Est enim quoddam possibile sumptum in mathematicis secundum metaphoram, sicut cum dicitur quod ternarius potest in novenarium, quia constituitur ex ductu vel multiplicatione ternarii; et quod linea potest in quadratum, quia constituitur
140 ex ductu lineae in se.

Est enim mathematica sicut abstracta a motu et actione non est ibi potentia agendi nec patiendi, nisi metaphorice. Unde in eis dicitur aliquid possibile non secundum potentiam.

Alio modo dicitur possibile in propositionibus, quod dicit quoddam
145 modum habitudinis terminorum; et sic sumitur in propositionibus modalibus. Et idem etiam dividitur, quia quoddam quod sequitur ad necesse ut dicitur possibile, quia non est impossibile. Aliud vero dividitur contra necesse et dicitur possibile, quia nec ex necessitate verum, nec ex necessitate falsum, sed est contingens, et cetera.

150 Quia ergo possibile praedictis modis non dicitur secundum aliquam potentiam, ideo non facit ad propositam quaestionem, in qua quaeritur de potentia.

Quarto modo dicitur possibile secundum aliquam potentiam, et hoc facit ad propositum, et dividitur sicut et potentia. Unde et dicendum est
155 nunc de divisione potentiae.

Secundum Philosophum, in V et IX Metaphysicae, potentia dicitur

129 communia *om.* N 131 singillatim/sigillatim NP; *om.* R 135 (quia) non/quod T
137 mathematicis/ metaphysicis N metaphoram *lect. inc.* NT 138 constituitur/con-
struitur T ductu/ducta T 141 sicut/sic N; sive R abstracta *lect. inc.* N 142 nec/et
N; neque R metaphorice/mathematicae N 146 sequitur/consequitur N 147 ut/non T
impossibile/possibile R Aliud vero ... possibile *om.* N 148 ex necessitate *lect. inc.* T;
est necesse R necessitate *add.* haec N ex necessitate (falsum)/necesse R 151 de
add. Dei N 154 (sicut) et/a N 156 Secundum *add.* vero N; *add.* ergo P
(Philosophum) in *om.* NR et IX *om.* N

156. Vol. VIII 121 DEF; Bekker 1019^a.

156. Vol. VIII 226 CD; Bekker 1046^a.

uno modo quae est principium transmutationis in aliud secundum quod aliud, ut ars aedificativa; et haec dicitur potentia activa, quia transmutare est agere.

160 Alio modo dicitur potentia principium transmutationis ab alio vel secundum quod aliud; et haec dicitur potentia passiva, secundum quam patiens patitur.

165 Ideo autem dicit ab alio in quantum aliud, quia quandoque idem est agens et patiens, sed non secundum idem, ut patet in his quae moventur ex se, quae secundum aliud moventur.

Utraque autem distinguitur, quia potentia activa vel simpliciter dicitur quia potest agere aliquid secundum ipsam, vel cum additione eius quod bene, ut quia potest bene agere et perfecte.

170 Similiter potentia passiva vel dicitur quia simpliciter aliquid secundum eam patitur, vel quod bene patitur, idest quod patitur ad melius.

Alio modo dicitur potentia non quia sit principium agendi vel patiendi, sed quia est habitus secundum quem aliquid dicitur impassibile vel immobile, vel non facile in peius mobile; et haec potentia pertinet ad secundam speciem qualitatis.

175 In Praedicamentis tamen plenius assignat illum modum potentiae, quia potentia dicitur hoc modo non solum illud secundum quod aliquid non est de facili passibile, sed etiam illud per quod facile potest agere.

Sumitur autem hic facile aliter quam in habitudinibus vel potentiis activis perfectis. In his enim sumitur facile quia perfecte; ibi autem 180 sumitur facile quia talis potentia dicit praeparationem et idoneitatem ad potentiam activam perfectam. Unde talis potentia est quaedam potentia activa imperfecta, ut pugillativa potentia perficitur per artem. Dicitur etiam facile, quia non quaecumque idoneitas erit huiusmodi potentia, sed idoneitas propinqua. Unde, ut dicit Commentator in V, talis potentia quae 185 est in secunda specie habet aliquid de potentiis activis et passivis, tamen potentia activa et passiva est in plus, quia non solum se extendit ad secundam speciem sed ad primam ut artes, et ad tertiam ut qualitates activae, ut calor et huiusmodi.

157 quae/quo T; *om.* P aliud *om.* T; alio *text.* Moerbeke 163 dicit/dicitur N 166 Utraque *lect. inc.* T quia/vel T simpliciter *lect. inc.* T 167 potest/potentia ad T aliquid *om.* T 168 agere/facere T perfecte/perfectione T 169 Similiter *add.* et T quia/quod N 171 quia/quod N 172 impassibile/impossibile T 175 plenius/melius R assignat *om.* N 177 de facili/de facile T 179 enim *om.* N 182 perficitur/dicitur N

175. Vol. I pars 1. 42B sq.; Bekker 9^a.

184. Vol. VIII 123-124.

Unde et Philosophus, in V, illam secundam speciem qualitatis
 190 comprehendit sub activa et passiva quantum ad aliquam partem illius
 speciei; quantum autem ad aliam partem distinctum modum ponit, scilicet
 quod potentia dicitur secundum quam aliquid est impassibile.

Cuilibet autem modo potentiae respondet sua impotentia; tamen
 secundum tertium modum illud quod dicitur impotentia, possit dici
 195 potentia et econverso. Durum enim habet potentiam ut non sicco dividatur,
 et habet impotentiam ut sicco dividatur. Similiter molle habet impotentiam
 ut non sicco dividatur, et habet potentiam eiusdem.

Hi sunt igitur modi potentiae quos Aristoteles assignare videtur.

200 Sed haec distinctio non est sufficiens, nec comprehendit omnem
 potentiam; nam actus potentiae opponitur. Invenitur autem aliquis actus qui
 nec opponitur potentiae activae nec passivae, scilicet forma, sive sit
 materialis et inhaerens, sive immaterialis et subsistens; et ideo oportet
 sufficientius assignare distinctionem potentiae.

205 Dicendo quod quaedam est potentia secundum motum, accipiendo
 motum communiter pro actione et passione quacumque, quaedam vero est
 secundum esse.

Illa quae est secundum motum vel operationem, distinctio sumitur
 modo supradicto. Omnes enim dictae potentiae, vel omnes dicti modi
 210 potentiae, dicunt aliquo modo secundum motum, ut patet; nam ille motus
 patet per distinctionem secundum quod aliquid dicitur habere potentiam.
 Quare impassibile dicitur secundum motum privative; et sic non omnis
 actus est motus, ut patet per distinctionem actus supra positam a
 Philosopho, et cetera, in IX.

215 Ideo non omnis potentia dicitur secundum motum. Sed sicut aliquis
 actus est qui dicit esse vel formam, ita oportet quod sit quaedam potentia
 secundum esse. Verum est etiam quod ipse motus dicitur actus qui est esse

190 aliquam/illam N 191 autem *om.* N 195 enim/autem T sicco/cito R; *mss.* sico
 196 impotentiam/potentiam NR sicco/cito R Similiter/simpliciter T 197 sicco/cito
 NR 198 Aristoteles/Philosophus N 201 opponitur/apponitur N 202 (qui) nec/non N
 (activae) nec/neque N scilicet/sed TR 203 inhaerens sive immaterialis et *om.* T
 205 dicendo/dicendum N 208 (motum) vel/ut NT operationem/opposita N; operatio
 T 210 dicunt/dicuntur R 211 patet *lect. inc.* N per distinctionem *om.* N 212
 impassibile/impossibile NR 216 ita/itaque T; *add.* quod N 217 motus *om.* T actus
 qui est esse/esse qui est actus T Verum est etiam ... et esse *om.* N

189. Vol. VIII 121D sq.; Bekker 1019^a.

213. voir Quaestio XXII, I, l. 140 sqq.

214. Vol. VIII 235 sq.; Bekker 1048^{a/b}.

prout motus dicit formam aliquam et esse, vel prout dicit ordinem; et secundum propriam rationem differt motus ab esse.

220 Licet enim motus sit quaedam entitas, aliud tamen est considerare ipsum ut esse quoddam est, et aliud ut tale esse, quod est moveri. Unde et potentia, quae est secundum esse etiam respicit motum ut est quoddam esse; potentia vero activa et passiva respicit motum ut motus est.

225 Quod autem haec distinctio potentiae sic sit conveniens et vera, patet per Philosophum in IX Metaphysicae. Nam, postquam posuit distinctionem de potentia in modos supra dictos, et prosecutus est multas alias distinctiones de potentiis activis et passivis, sic ait: «Quoniam autem de potentia quae secundum motum <dicitur>, dictum est de actu, determinemus quid est actus, et quale quid. Etenim possibile simul
230 manifestum erit dividendum, quia non solum hoc dicimus possibile quod aptum natum est movere aliud aut moveri ab alio, aut simpliciter aut modo quodam», scilicet bene.

«Sed aliter» scilicet dicitur possibile; «quapropter quaerentes de» actu et de huiusmodi possibili «supervenimus».

235 Similiter et in principio IX, antequam distinguat modos potentiae supra dictos, dicit sic: «Quoniam ... ens ... aliud secundum potentiam, aliud secundum actum dicitur ..., de potentia et actu determinabimus. Et primum quidem de potentia quae dicitur quidem maxime proprie, non tamen utilis est ad quod nunc volumus. In plus est enim potentia et actus
240 eorum quae dicuntur secundum motum solum. Sed cum dixerimus de hac, scilicet de potentia secundum motum, in determinationibus de actu, ostendemus et de aliis». Hoc autem facit in eodem IX ubi incipit determinare de actu, ut iam dictum est.

245 Similiter et Algazel, in primo tractatu Metaphysicae, plane distinguit potentiam essendi a potentia agendi vel patiendi.

221 (ipsum) ut/non T (aliud) ut/non T quod/quae N 222 etiam/et N 224 sic/si N 225 (Philosophum) in om. NR posuit/possuit T 228 quae post secundum T; om. R 229 (quale) quid/quidem N; quid est R 231 natum om. T moveri corr. P; movere T (alio) aut om. TR 232 quodam/quoddam TR 233 scilicet om. N 234 possibili om. N 238 (quidem) de om. T 239 (utilis) est om. N 242 ostendemus/ aut domus N (eodem) IX om. NR 244 Algazel/Agazel TP

225. Vol. VIII 235EF; Bekker 1048^a.

235. Vol. VIII 225^{vo}HJ; Bekker 1045^b, 1046^a.

242. Vol. VIII 235 sq.; Bekker 1048^{a/b}.

243. voir l. 227-232, 236-242.

244. I, 7; ed. Muckle p. 43.

Differt autem potentia secundum motum a potentia secundum esse:

Primo quidem, quia potentia secundum motum dicitur ad actum qui est motus, ideo dicitur secundum motum; potentia secundum esse ad actum
250 qui est esse, ideo dicitur potentia secundum esse.

Secundo, quia ea quae est secundum motum est res alicuius praedicamenti cum respectu ad motum, et praecipue qualitas, quia in prima specie artes dicuntur potentiae activae.

Item, quae in secunda specie, et etiam quae in tertia, qualitates
255 activae vel passivae.

Utrum autem scientiae specificent virtutes dici possint potentiae activae, nihil nunc.

Constat quod interdum vocantur potentiae a Philosopho, sed si sunt potentiae activae, alius modus actionis est; substantia vero potest dici
260 potentia activa et passiva, scilicet forma substantialis et materialis, licet non immediatum, sed mediatum; tamen potentiae vere dicuntur, licet magis usitate ea quae sunt principium immediate agendi vel patiendi, et talia sunt qualitates. Et sic ratio potentiae huius proprie convenit qualitati.

Et sic huiusmodi potentia, scilicet activa et passiva, non sunt de
265 consequentibus ens.

Et ideo dicit Philosophus, ut iam inductum est, quod talis potentia quae est secundum motum, non est utilis ad quod volumus nunc, quia determinat in Metaphysica proprie de potentia et actu secundum quod sunt
270 consequentia entis in quantum ens; ideo determinat de potentia secundum esse.

Ad metaphysicum autem non spectat secundum quod huiusmodi agere de potentia secundum motum, nisi quantum pertinet ad eum distinguere de potentia ut eligat motum et ad ipsum pertinet.

Haec est igitur duplex differentia inter potentia secundum motum et
275 secundum esse.

Alia differentia est, quod potentia secundum motum dicit aliquam

254 (etiam) quae *om.* T 256 possint/possunt N 257 nihil/vel N 258 constat *add.* enim N 259 (actionis) est *om.* N vero/non N 261 tamen/cum T vere/vero *ante* potentiae TR 262 (usitate) ea *om.* N (agendi) vel *om.* N 263 (et) sic *om.* N Et sic ratio potentiae ... qualitati *om.* R 264 huiusmodi *add.* scilicet N 265 ens/entis NT 266 ut/non T inductum/dictum N 267 quia/quod N 268 in Metaphysica/immediate TR 269 ideo/id N 271 metaphysicum/metaphysicam T 272 nisi *add.* in R 273 eligat/eligitur T; elicit N ipsum/eum N 274 igitur *om.* N

rem absolutam cum respectu ad motum; potentia vero secundum esse dicit
modum quemdam essendi, scilicet defectum essendi et actus
280 complementum dicit, et cum hoc dicit quemdam respectum ad actum.

Alia differentia est quia potentia, ut agitur secundum esse, est fun-
damentum potentiae passivae et ei praesupponitur, sicut actus est funda-
mentum potentiae activae, et rationaliter, quia motus praesupponit esse.

285 Unde primo intelligitur aliquid esse actu, et ex hoc habere
potentiam activam, et post intelligitur esse potentia, et sic habere
potentiam passivam. Unde unum et idem dicitur de potentia ad esse et
potentia passiva.

Sed prius dicitur in potentia ad esse, et ex hoc est potentia passiva;
290 et sic etiam idem est actus et qui dicit modum essendi completum; et sic
sequitur quod illud sit in potentia activa.

Ideo etiam communiter dicitur quod potentia activa consequitur
actum, passiva vero potentiam; quod non potest intelligi de actu, quem
potentia activa respicit dupliciter.

295 Sed duplex actus essendi quem praesupponit similiter nec
intelligitur de passiva vel activa, cum dicitur quod potentia passiva
sequitur potentiam.

Intelligitur ergo de potentia essendi, et propter hanc connexionem
potentiae essendi ad potentiam patiendi solet etiam ipsa potentia ad esse
300 vocari potentia passiva.

Et verum est quod in uno et eodem potest esse hic duplex modus
potentiae, ut puta in materia, ita quod duplici ratione dicitur materia
potentia.

Sed potentia essendi dicit modum essendi, et cum hoc respectum ad
305 actum essendi; potentia passiva dicit substantiam ipsam materiae cum
respectu ad motum.

Hinc est quod quidam dicunt quod potentia activa respicit actum
qui est motus vel operatio; passiva vero respicit actum qui est forma. Hoc
enim non est verum, scilicet quod potentia passiva respiciat actum qui est
310 esse vel forma, nisi ratione potentiae essendi quam consequitur, non autem

279 (et) actus/actum T 280 complementum *om.* T cum hoc/tamen N; hoc *om.* T
284 rationaliter/rationabiliter T motus/actus N 285 primo/prius R aliquid *om.* N
286 post *om.* N; *lect. inc.* R 287 Unde *om.* T unum *om.* N (esse) et *add.* de N
289 (dicitur) in/de N; *om.* T (ex hoc) est/dicitur N 290 etiam *lect. inc.* T; et N
293 passiva vero potentiam; quod non/potentia passiva non. Potentia enim quod non N
quem/quam NT 295 (actus) essendi *om.* T similiter/simpliciter N 296 (passiva)
vel/nec N 305 materiae *om.* N 308 motus vel operatio; passiva vero respicit actum
qui est *om.* TR Hoc *lect. inc.* T 310 consequitur/sequitur N

in quantum potentia passiva est, immo utraque, scilicet tam activa quam passiva, respicit actum qui est motus, et eundem motum respicit utraque qui in subiecto est in patiente, idest in eo in quo est potentia activa, scilicet in agente; nam secundum Philosophum, in IX, potentia passiva est
 315 in agente, passiva in patiente.

Tamen sciendum quod illa potentia quae est secundum motum, est aliquo modo secundum esse, et illa quae est secundum rem, aliquo modo est secundum motum, quia motus est quoddam esse; tamen potest considerari ut esse quoddam, vel ut actus est, et sic ad ipsum est potentia
 320 secundum esse, vel ut motus, et sic est ad ipsum proprie potentia activa et passiva, idest ut dicit actum imperfectum qui est fieri.

Potentia ergo activa et passiva respicit motum ut motus est et ut via ad esse; ex consequenti respicit ipsum esse in quod motus est et ut via. Potentia vero secundum esse et secundum quod motus est.

325 Patet igitur quot modis dicitur potentia et quomodo modi adinvicem differunt, scilicet potentia quae ad motum et quae ad esse.

Sed circa hoc potest addi quod potentia quae est secundum motum, duplex est, scilicet activa et passiva, quia, ut dicit Proclus, LXXIX
 330 Propositione, quod «omne quod fit, ex duplici fit potentia», scilicet activa et passiva, ut declaratur in commento. Haec est etiam sententia Aristotelis.

Item addendum est, cum dictum sit quod potentia activa sequitur actum, potentia passiva potentiam, hoc potest declarari, quia potentia activa perfecta est, ideo sequitur actum qui dicit completionem in esse;
 335 passiva vero, quia imperfecta est, sequitur potentiam quae dicit incompletionem vel defectum essendi.

Unde dicit Proclus, LXXVIII Propositione, quod «omnis potentia aut perfecta aut imperfecta est». Activa perfecta quia alii exhibet perfectionem; passiva imperfecta quia ab alio suscipit perfectionem.

311 immo/ymo NR (*ac ita deinceps*) tam activa quam passiva/quam passiva tam activa
 T 313 (subiecto) est *om.* T potentia *add.* passiva; nunc autem in eo in quo est
 potentia N 315 passiva/passive N 318 tamen/cum N 320 motus *add.* est NR
 (sic) est *post* ipsum NR proprie/propria T 321 (et passiva) idest *om.* N; *lect. inc.* T
 322 (et) ut *om.* N via *lect. inc.* T 330 Propositione *om.* TR quod *om.* P (duplici)
 fit *ante* ex N 331 est etiam/et est N 334 ideo/non T 337 LXXVIII/LXX NTR
 potentia/propositio N 338 exhibet *mss.* exhibit; exhibit R 339 suscipit *add.* in R
 perfectionem *om.* N

314. Vol. VIII 226EF; Bekker 1046^a.

329. ed. Boese p. 42; ed. Vansteenkiste p. 295.

337. ed. Boese p. 41; ed. Vansteenkiste p. 294.

340 Sed ulterius videndum de quo dicitur potentia per prius inter hos
modos. Et dicendum quod secundum Philosophum, in V et in IX, primo et
principaliter dicitur de potentia activa et de aliis per attributionem ad hanc.

Unde consequenter dicitur de potentia passiva. Et quia haec
sequitur imperfectum esse, ideo ens imperfectum et defectum habens
345 entitatis dicitur potentia.

Licet enim esse sit prius quam motus, tamen, quia potentia habet
rationem principii, prius dicitur de potentia activa, quae dicitur secundum
motum, quam de aliis.

Si quis autem quaerat an sit potentia aliqua absoluta et aliqua non,
350 sicut de actu dicebatur, potest dici quod potentia secundum esse non est
absoluta, sed semper est perfectibilis per actum. Unde est ante actum et est
etiam cum actu.

Et similiter de potentia passiva quae sequitur potentiam dicendum
est.

355 Potentia vero activa, cum sequatur actum, numquam est absoluta ab
actu quem sequitur. Ita etiam nec aliquis actus absolutus est a potentia
activa quantumcumque sit absolutus.

Unde Deus est actus absolutus et tamen habet rationem potentiae.

Ad actum autem ad quem dicitur, potentia activa potest dici
360 absoluta in quantum non perficitur per illum actum, nec est in eodem
potentia activa et actus ad quem dicitur.

Verumtamen, bene convenit aliquando quod in uno et eodem est
potentia activa et passiva; et hoc vel respectu eiusdem motus, ut in his
quae moventur a se, vel respectu diversorum motuum, ut cum aliquid
365 secundum unum movet et secundum aliud movetur, ut cum aliquid
calefacit aliud et ipsum frigescit ab alio, sicut omnia agentia naturalia
agendo patiuntur.

Potentia ergo quae motui coniungitur in eodem, sive respectu
eiusdem motus sive respectu diversorum, non est omnino absoluta; illa
370 vero quae numquam motui coniungitur in eodem, illa est potentia absoluta.

Hoc tamen convenit potentiae activae secundum quod huiusmodi

344 sequitur/consequitur N (ens) imperfectum/imperfectionem T 345 potentia/in
potentia N 346 habet/secundum N 347 prius dicitur de *lect. inc.* T 351 (perfectibi-
lis) per actum *om.* T 353 de *om.* T 358 (Deus) est *om.* T 362 verumtamen/verump-
tamen TR aliquando *lect. inc.* T 363 (hoc) vel/nihil T ut *lect. inc.* T 365 aliud/
aliquid T ut/unde N 370 illa *om.* R

341. Vol. VIII 120 DEF; Bekker 1019^a.

341. Vol. VIII 226 CDE; Bekker 1046^a.

quod numquam perficitur per motum ad quem dicitur et quem causat.

Et hoc verum est de potentia activa; potentia autem quae habet sibi oppositam activam.

375

Est autem alius modus potentiae activae de quo potest dici quod perficitur per motum cuius est causa; et huic potentiae activae non respondet passivum. Haec autem est potentia quae est respectu actionum quae dicuntur manentes; quae, si vere actiones sunt, necessario sunt ex
380 potentia activa; et haec non habet sibi oppositam passionem.

Quomodo autem talis dicatur actio et qualis actio sit, et quod vere possit dici actio, alias dictum fuit et alibi forte dicitur.

Tamen ad praesens est videndum hic de huiusmodi potentia activa, quod, ubicumque est talis activa potentia in creaturis, habet coniunctam
385 potentiam ad esse, cum sit perfectibilis secundum esse per actum cuius est principium.

Item habet coniunctam potentiam illam quae pertinet ad secundam speciem qualitatis quae est praeparatio quaedam et exordium; habet etiam coniunctam potentiam passivam, ita quod in uno et eodem fundatur ratio
390 omnium harum potentialium, ut puta in intellectu.

In quantum enim est principium actus intelligendi, sic dicitur potentia activa; in quantum vero est quid imperfectum secundum esse et defectivum, sic erit ibi potentia secundum esse; in quantum est exordium et praeparatio actus, sic erit ibi potentia quae ad secundam speciem
395 qualitatis pertinet; in quantum vero potest ab alio transmutari ut ab objecto sive fantasmate, sic est potentia passiva.

Tamen, ut dictum est, prout est potentia activa, non respondet sibi potentia passiva, et cetera. Sed hoc alias declarabitur.

Unde, secundum hoc potest videri qualis potentia est intellectus,
400 quia omnibus dictis modis potest dici potentia.

Sic igitur patet de distinctione potentiae et aliis circa hoc.

II Tunc est secundo videndum ex his, an potentia sit in Deo,

373 (activa) potentia autem *om.* N 374 activam *om.* N 378 passivum/passiva N; passivam R 380 (potentia) activa *om.* N 381 Quomodo autem ... potentia activa *om.* R quod/et R 382 dicitur *lect. inc.* P 385 ad esse *om.* N 388 (habet) etiam *om.* N 397 ut/prout N (dictum) est *om.* N prout/ut N 398 et cetera *om.* N declarabitur/declaratur R

382. voir Quaestio XVI, IV. ed. Ypma pp. 298 sqq.

398. voir infra l. 538 sqq.

discurrendo per modos potentiae praeassignatos.

405 Et primo considerandum, an in ipso sit potentia ad esse; quod patet ex supra dictis in quaestione de actu. Cum sit actus absolutus, nullo modo est in eo potentia ad esse; et hoc potest declarari per contrarium, sicut supra declaratum fuit quid sit actus. Potentia enim haec dicit defectum essendi et non esse. Unde illud quod est ipsum esse et nullum non esse,

410 non est potentia hoc modo.

Item, ex proprietatibus, quia illud cui haec potentia convenit secundum quod huiusmodi, praesupponit aliquid prius, ut aliquem actum. Deo autem nihil prius, nec duratione nec natura nec dignitate. Dico autem natura, quia, dato quod mundus fuisset ab aeterno productus, adhuc Deus

415 est prior mundo duratione, non actu sed natura.

Item, potentia dicit aliquid indistinctum, quod Deo non convenit quia est maxime distinctus.

Item, cui convenit potentia huiusmodi est mutabile. Deus est omnino immutabile.

420 Item, cui convenit talis potentia necessario habet causam. Deus autem non est huiusmodi, cum sit omnium causa.

Item, cui convenit haec potentia habet aliquam privationem, saltem communius dictam, et sic malum.

Deus autem est pura bonitas in quo nulla privatio, nisi privatio

425 imperfectionis; et haec privatio est bonum, non malum.

Item, quod est sic potentia, deficit a cognoscibili in quantum huiusmodi; Deus autem perfectissime cognoscibilis, et cetera.

Sed hic statim incidit dubitatio. Videtur enim quod in Deo sit

430 potentia quae est secundum esse, et tamen in eo non erit aliqua imperfectio. Est enim aliqua potentia ad esse quae importat perfectionem; quare Deo attribuenda.

Dicit enim Philosophus, in I Caeli et mundi, quod caelum habet virtutem ut sit semper; quare similiter de Deo dicemus hoc.

408 supra om. R fuit/est T 409 (nullum non) esse/est TR 413 Dico/Dicimus N; quia R 416 Item potentia dicit ... cum sit omnium causa om. N 417 quia/qui R 419 immutabile/immutabilis R 421 (Deus) autem lect. inc. TP 422 haec/talis R aliquam lect. inc. TRN 424 est/et N 427 huiusmodi om. N cognoscibilis/cognoscibile quid R et cetera om. P 429 hic statim ... dubitatio om. R 434 (virtutem) ut/quod T similiter/simpliciter N

406. voir Quaestio XXII, I, II, l. 91 sqq.; l. 504 sq.

432. Vol. V 70^{vo} HJ; 85^{vo} JH; Bekker 279^b; 282^a.

434. ed. Boese p. 44; ed. Vansteenkiste p. 296.

435 Sic etiam Proclus, LXXXIV Propositione, «omne semper ens infinitae potentiae est», et exponit quia habet infinitam potentiam ad essendum.

Et sic dicendum quod, sicut secundum motus est duplex potentia, scilicet passiva quae est imperfecta et activa quae est perfecta, sic potentia
440 quae est secundum esse duplex est.

Una quae dicit imperfectionem et defectum entitatis, alia quae dicit perfectionem; et haec potentia uniuscuiusque rei ad durandum, quae in aliquibus est maior, in aliquibus minor, secundum quod magis et minus durant, in aliquibus vero infinita, ut in his quae semper sunt, ut dictum est.

445 Ad hoc autem dicendum est secundum quosdam, quod bene haec potentia est ad essendum, cum dicitur quod aliquid habet virtutem ut tantum duret vel ut semper duret.

Sed, licet dicatur ad essendum, tamen haec potentia est quasi activa; potentia autem activa bene est in Deo, ut patebit iam.

450 Sed illud non videtur, quia potentia activa est respectu motus vel operationis, non respectu esse.

Praeterea, hoc non est secundum intentionem Aristotelis, qui vult quod quidquid est potentia ad esse, habet etiam potentiam ad non esse. Talis autem potentia necessario est quid imperfectum, et ideo, cum dicitur
455 caelum habere potentiam ut sit semper, hoc non videtur esse potentia essendi.

Et ideo potest aliter dici secundum intentionem Commentatoris, quod caelum dicitur habere potentiam ad semper essendum, non per potentiam aliquam positivam quae sit ad esse, sed per privationem
460 potentiae, quia non habet potentiam illam quae est ad esse et non esse. Et ideo ex hoc solvitur quaestio qua dubitatur.

Cum in corpore non sit virtus infinita quomodo caelum est incorruptibile et habet potentiam ut sit semper, tunc enim videtur quod in corpore finito sit virtus infinita. Et respondet Commentator, in fine De
465 Substantia Orbis, quod, licet in corpore finito non sit virtus infinita, sed

435 Propositione *om.* T 442 et haec *add.* est N 444 (durant) in *om.* N (infinita) ut/non T ut dictum est *om.* R 446 (virtutem) ut/non T 447 (vel) ut/non TR 449 iam *om.* N 453 est potentia/habet potentiam N ad esse *om.* P 454 autem/etiam N 455 caelum *mss.* celum hoc/haec N 459 positivam/passivam N (sed) per *om.* NT privationem *lect. inc.* T 460 (non esse) et *om.* T 461 ex *om.* P dubitatur/dubitabatur N 462 Cum *add.* enim N 464 finito/infinito N fine *om.* N 465 sed/tamen bene potest esse in ipso ut est privatio infinita scilicet N

potentia quae est ad corruptionem, et in IV dicit quod incorruptibile non dicit potentiam, sed privationem potentiae.

Deus igitur habet potentiam ad essendum semper non per potentiam ad essendum, sed per privationem potentiae ad non essendum, et talis
470 privatio non est imperfectio sed perfectio.

Et sic patet de potentia secundum esse.

Est igitur consequenter videndum de potentia activa, an sit in Deo.

Et universaliter loquendo, dicendum quod convenit Deo quia dicit
475 perfectionem, quia consequitur actum; ideo dicitur potentia perfecta.

Item, alia ratio quia Deus est causa essendi aliis. Hoc autem est potentia, scilicet principium agendi in aliud secundum quod aliud, et cetera.

Item, Deus agit, ergo in eo est potentia activa, quia quod non habet
480 potentiam activam, non potest agere.

Et ad evidentiam huius tertiae rationis est sciendum quod potentia, supra illud de quo dicitur, addit habitudinem; et haec habitudo videtur esse de genere actionis, nec differt nisi quia actio dicit habitudinem actualem, potentia vero habitudinem potentialem vel habitualem.

485 Unde habens potentiam dicitur activum; et hoc patet, quia in illo modo relativorum, qui sequitur actionem et passionem, quaedam attenduntur secundum activum et passivum, quaedam secundum agere et pati actu, quaedam secundum egisse.

Verum est quod secundum habitudinem actionis sumitur etiam
490 habitudo relationis inter agens et patiens. Unde duplex habitudo importatur in potentia.

Et sciendum quod triplex est habitudo actionis; habitualis actualis in creaturis fit per mutationem a causa creaturae, et non est ibi habitudo realis, et etiam quia est coordinata ei quod agit; in Deo autem est sine
495 mutatione.

Ideo potentia activa creata perficiatur aliquo modo per hoc quod

468 igitur/autem N (essendum) semper non ... ad non essendum *om.* N 469
essendum/esse T sed *add.* nunc T 470 imperfectio sed *om.* N 476 ratio *add.* est N
477 (agendi) in aliud *om.* T (aliud) et cetera/est N; *om.* R 479 eo/ipso T 481 Et
om. R huius/istius N 482 supra/sive R habitudinem *add.* potentialem vel
habitualement R 486 sequitur/consequitur N 487 attenduntur/activae dicuntur N
activum *lect. inc.* T passivum *lect. inc.* T 489 est *om.* N actionis *om.* N 493
fit/sit T 494 quia/quae N (ei) quod/quid T 496 perficiatur/perficetur N

agit et aliquam perfectionem, non quod perficitur per illud quod agit. Sed oportet quod aliquid ei adveniat quod non habebat prius, sive illud sit absolutum aliquid sive habitudo aliqua propter quod non agebat; in Deo
500 autem non sic.

Unde potentiae creatae si non agunt, hoc est propter aliquid quod deficit possibile vel locus debitus, ut in potentiis naturalibus quae agunt ut approximata, vel in rationalibus determinatio appetitus.

Deus autem semper habet potentiam perfectam et semper eodem
505 modo se habet; in Deo ergo est alia habitudo potentiae et actionis, non per mutationem in ipso, sed per mutationem in alio. Qualis autem sit haec habitudo, patebit infra in argumentis.

Sic ergo patet de potentia activa in generali.

510 Sed oportet magis in speciali dicere. Cum enim potentia activa sit illud quo agens agit, in Deo autem duplex est actio, scilicet manens et transiens, videndum est utrum in Deo sit potentia activa quantum ad utramque actionem.

Circa hoc autem quidam sic dicunt quod sic, scilicet respectu
515 actuum intrinsecorum qui dicuntur notionales, ut generare et spirare, non autem respectu essentialium, ut intelligere et velle.

Et dicunt sic: potentia significat principium; principium autem distinctionem importat ab eo cuius est principium.

Consideratur autem duplex distinctio in his quae dicuntur de Deo,
520 una secundum rem, alia secundum rationem tamen.

Secundum rem quidem Deus distinguitur per essentiam a rebus quarum est principium per creationem, sicut una persona distinguitur ab alia cuius est principium secundum actum notionalem.

Sed actio ab agente non distinguitur in Deo nisi secundum rationem
525 tantum, alioquin actio esset accidens in Deo, et ideo respectu illarum actionum secundum quem aliquae res procedunt distincte a Deo vel essentialiter vel personaliter, potest Deo attribui potentia secundum rationem propriam principii.

Ideo, sicut ponimus potentiam creandi in Deo, ita possumus ponere

497 (quod agit) et *om.* NR 501 si *ante* potentiae N 502 possibile *lect. inc.* N 503 approximata *lect. inc.* T 505 (potentiae) et *om.* N 511 est *ante* duplex N; *om.* TR
514 sic *om.* N 515 (generare) et *om.* N 517 autem/vero N 520 (rationem) tamen
om. N 525 actio *om.* N in Deo *ante* esset N et *om.* T respectu *om.* N 529
Ideo/item T

507. voir Ad quartum, l. 749 sqq.; Ad decimum quartum, l. 856 sqq.

530 potentiam generandi vel spirandi. Sed intelligere et velle non sunt tales actus qui designent processionem alicuius rei distinctae a Deo vel essentialiter vel personaliter.

Unde respectu horum actuum non potest salvari ratio potentiae in Deo, nisi secundum modum significandi et intelligendi tantum, quia
535 intelligere et intellectus in Deo idem est, scilicet ipsa Dei substantia; tamen differunt secundum modum intelligendi.

Sed circa hunc modum dicendi occurrit duplex dubium.

Primo, quia generare non est alius actus quam velle, nisi cum
540 connotatione respectus. Si ergo nihil addit nisi respectum generare supra intelligere, videtur quod sicut in Deo est potentia generandi, ita et intelligendi.

Praeterea, si potentia generandi est potentia activa, videtur ut dicunt, oportet necessario quod ei correspondeat potentia passiva, quia, ut
545 supra dictum est, «omne quod fit ex duplici fit potentia». Vel ergo in Deo erit potentia passiva, quod tamen ipsi non concedunt, vel, si non est passiva, nec ergo erit aliqua activa.

Ad hoc ergo dicendum est quod verum est quod in Deo est potentia respectu actuum notionalium, et quod ista potentia est activa, ut dicunt.

550 Sed, ut melius hoc pateat, sciendum quod, si potentia activa sumatur ut Philosophus sumit, quod est principium transmutandi vel agendi in aliud secundum quod aliud, non potest salvari quod potentia generativa sit activa potentia, quia tunc responderet ei potentia passiva.

Item, quia hoc non videtur aliquibus inconueniens, quod in Deo sit
555 potentia passiva, ideo hoc aliter hic ostenditur; nam productio in Deo attenditur secundum actus manentes. Potentia autem respectu talium actuum non est activa hoc modo ut Philosophus accipit, immo secundum quosdam pure passiva est, licet in Deo concedant ipsam esse activam.

Sed potest dici quod in nobis et in Deo activa est et secundum

533 horum/harum T 534 et intelligendi ... modum intelligendi om. P et intelligendi om. T significandi et intelligendi/intelligendi et significandi R 535 intelligere et intellectus/intellectus et intelligere R (idem) est/sunt N 544 correspondeat/respondeat N 545 fit *lect. inc.* T 546 tamen om. R concedunt/dicunt R 547 ergo om. R; add. in Deo N aliqua om. NR 549 ista/illa N 550 (pateat) sciendum *lect. inc.* T; om. N 553 (activa) potentia add. scilicet N passiva/privativa RT 555 (aliter) hic om. N productio/ductio T 559 (potest) dici *lect. inc.* T dici quod add. et R in nobis et in Deo/in Deo et in nobis N est/erit T secundum om. N

560 eundem modum actionis, licet quantum ad aliqua differat. Sed quantum ad hoc non differt quia utrobique sit activa, non sicut Philosophus sumit potentiam activam modo dicto, sed alio modo.

Quomodo autem alio modo patet, quia, sicut aliter dicitur actio manens et transiens, sic aliter oportet quod dicatur potentia activa.

565 Et, sicut alias declaratum fuit, actio manens dicitur absoluta nec habet sibi correspondentem passionem, nec talis activa potentia habet sibi correspondentem passivam. Quomodo autem hoc esse possit, alias dictum fuit et alias dicitur.

Quantum ergo ad hoc eodem modo est in Deo et in nobis potentia 570 huiusmodi, sed quantum ad aliud differt, quia in nobis huiusmodi potentia activa est, et etiam passiva, et est potentia ad esse et potentia quae est exordium et praeparatio. Haec autem non conveniunt Deo.

Ideo in Deo talis potentia non dicitur perfectibilis sicut in nobis, immo aequae perfecta est potentia sicut illud quod producit intra per 575 huiusmodi potentiam.

Item, utraque est subsistens in Deo, et in nobis non. Unde Pater non perficitur per Verbum genitum, sed uterque est perfectus Deus, quia unus et idem Deus. Potentia enim activa non dicit imperfectionem, nisi ratione modi producendi.

580 Sed tunc videndum est, quare potentia dicitur respectu eius quod est generare, non autem respectu eius quod est intelligere.

Circa quod sciendum quod, sicut dictum est supra, potentia importat respectum et actio dicit respectum, et eundem respectum dicunt in 585 Deo, quia posse et agere ibi idem est.

Unde respectus qui est de genere actionis est in Deo; istius respectus non est principium potentia ipsa, sed respectus consequitur illud quod dicitur potentia.

Unde potentia in Deo non est principium respectu huius quod est

560 differat/ differant R 563 Quomodo/Quod N; quo R alio modo *om.* R 564 aliter *post* quod T 565 sicut/similiter P 567 esse *om.* T 571 (est) et *om.* NR etiam *om.* T et est/et etiam N 573 Ideo *add.* Deo N in Deo *post* talis potentia N 574 intra *lect. inc.* N 576 Pater *om.* N 578 enim/autem T 583 Circa quod/ubi R 584 dicit/dicitur T respectum/respectus T 586 istius/alius aut N 589 huius/eius N quod/qui R

565. voir Quaestio XVI, IV. ed. Ypma pp. 298 sq.

567. voir Quaestio XVI, IV. ed. Ypma pp. 298 sqq.

568. voir l. 281 sqq.

583. voir l. 281 sqq.

590 generare, cum generare sit respectus ipse actionis qui est in potentia.

Unde non dicitur potentia generandi, quia sit principium habitudinis huius quae est actio, sed dicit respectum actionis consequentem potentiam. Illud ergo cuius principium est potentia, est aliquid ad quod refertur habens potentiam generandi, non autem refertur ad generare, sed ad
595 productum per generationem. Hoc autem non est Verbum vel Filius; quare igitur dicitur potentia generandi et non intelligendi, quia generare dicit respectum secundum quem potentia respicit illud quod per potentiam producit, non sic intelligere; in intelligere non importatur respectus potentiae producentis ad productum. Unde generare est respectus
600 specificativus illius respectus qui importatur per potentiam in generali.

Intelligere autem dicit aliquid absolutum et non dicit respectum; illud, cuius principium dicitur esse potentia activa, dicit respectum ad productum. Sic generare dicit respectum potentiae ad productum, intelligere autem non.

605 Unde, quia non connotat respectum, ideo non potest dici quod sit aliquid productum. Sed Verbum dicitur quid productum, quia connotat respectum.

Item, intelligere non dicit respectum potentiae ad productum; potentia autem dicitur alicuius, vel quia specificat respectum potentiae ad
610 productum ut potentia generandi, quod dicit respectus et dat intelligere productum. Unde generare non dicit ipsum productum, sed respectum ad productum.

Alio modo dicitur potentia alicuius ut producti; neutrum autem ut importat intelligere, quia nec dicit productum nec dicit respectum potentiae
615 ad productum, sed dicit simpliciter actum; dicere autem importat respectum ad productum.

Per dicta vero patet responsio ad alia duo obiecta, et patet quomodo in Deo est potentia activa respectu actionis intra.

Unde bona est ratio supra dicta quorundam, quare respectu

590 qui/quae N 591 quia/quod NT 592 consequentem/consequentis N 594 non
autem refertur ... et non intelligendi *om.* T autem/quae N 598 in *om.* P
(intelligere) non/ut R in intelligere non importatur respectus *om.* T 600
specificativus *lect. inc.* P; productus R qui/quae T 601 dicit/dicitur N
respectum/respectus P 602 illud/illius N esse *om.* R dicit *corr.* T1; dicitur T
603 Sic generare ... ad productum *om.* R 604 (autem) non *lect. inc.* T 608 (non)
dicit/dicitur T 610 quod/quae N respectus/respectum N; *add.* ad intelligere N 613
dicitur *lect. inc.* T; divina N 617 vero/autem T 619 (bona) est *om.* N

620 intelligere et velle in Deo non est potentia activa, nisi secundum rationem,
quia non accipitur ibi realis distinctio, cum sit utrumque absolutum. Patet
ergo quod potentia activa est in Deo.

Et est sciendum quod non est de ratione potentiae activae
625 secundum quod activa est, quod habeat potentiam sibi oppositam, sicut de
actione et passione dictum est, sed hoc convenit alicui potentiae activae.

Item, non est de ratione eius absolute quod sit perfectibilis, cum
ipsa de se dicat perfectionem, sed in quantum coniungitur alteri potentiae.

Item, non est de ratione eius quod illud quod per eam producitur,
630 sit secundum essentiam diversum; sufficit enim quod sit diversum
existentiae modo, semper tamen debet esse re diversum.

Item, non est de sui ratione quod per sui mutationem exeat in
actum.

Item, non est de sui ratione quod vel semper sit coniuncta actui, vel
635 quod aliquando sit separata ab actu, quia utroque modo invenitur. Aliqua
enim semper est actui coniuncta in Deo, ut potentia generandi, aliqua non
semper actui coniuncta, ut potentia creandi, sed sine sui mutatione.

Sic ergo patet quid dicendum sit de potentia activa in Deo.

640 Nunc videndum de passiva. Et dicendum quod non est in ipso.

Primo quidem quia, ut dictum est, sicut activa fundatur super
actum, sic passiva super potentiam, quia utraque potentia praesupponit esse
in potentia; in Deo autem non est potentia ad esse. Ergo, et cetera.

Secundo quia potentiae passivae respondet activa, licet non
645 e converso. Sed nihil quod est extra Deum potest habere rationem potentiae
activae respectu Dei, nec etiam in Deo, quia in Deo non est potentia activa
nisi respectu illorum actuum respectu quorum est talis potentia activa cui
non respondet passiva.

Tertio quia, ut dicit Damascenus in Logica sua, facere est in se ipso
650 habere causam operationis, pati autem in se ipso et in alio habere causam

620 in Deo *om.* NTR est/sit P potentia *add.* productiva N 624 (quod non) est *om.*
TP 629 illud quod per eam *om.* T 630 (essentiam) diversum *add.* sed NT enim
om. N 631 existentiae/essentiae T 634 semper/per se N 636 in Deo, ut potentia ...
actui coniuncta *om.* TRP 640 in *om.* P ipso *add.* quod probatur P 641 quidem *om.*
P ut/sicut N ut dictum est *om.* R 645 quod *om.* NT; *post* Deum R 647
(quorum) est *om.* N 649 Logica/loyca R

641. voir l. 282 sqq.

649. Dialectica cap. 52. PG 94, 639A.

eius quod est pati, ut conditor et conditum.

Conditor enim quidem in se ipso habet causam conditionis; conditum autem in conditore quidem principium conditionis; in se ipso autem aptitudinem passionis.

655 Conditorem enim hic artificem dicimus; conditum autem materiam subiectam artifice. Sed hoc non potest salvari in Deo. Non enim dicimus quod Filius habet causam generationis communis in se et in alio, quia non fit ex materia praesupposita, immo nihil habet Filius nisi natum.

Item, nec habet causam in alio, nisi secundum relationem et 660 existentiae modum. Pati autem est habere causam in eo quod essentialiter est aliud. Ex quo patet quod etiam actio quae est creatio, non habet proprie passionem oppositam.

Unde passio, proprie sumpta, est solum aliquo praesupposito; minus proprie potest salvari in creatione in quantum creatura habet causam 665 creationis in alio essentialiter.

Minime autem proprie in Deo, ubi est alietas solum secundum existentiae modum, ut dictum est.

Si quis ergo velit extendere nomen passionis, potest concedi, sed hoc est improprie. Unde Boetius omnino negat pati a Deo proprie, et 670 cetera.

Praeter hoc videndum est, utrum in Deo sit potentia quae est in secunda specie qualitatis.

Circa quod sciendum est quod illa potentia proprie reddit ad 675 activam et passivam, ut supra dictum est; tamen potest etiam pertinere ad potentiam secundum esse, prout dicit praeparationem et exordium, et sicut quid perfectibile Deo proprie non potest convenire.

Si autem aliquo modo haec species qualitatis Deo conveniret, hoc esset secundum quod in hac specie dicuntur esse habitus, secundum quos 680 aliqua dicuntur impassibilia, et cetera.

654 autem *om.* N 655 artificem *lect. inc.* N 657 habet/habeat N; *post* communis R; *om.* T communis *om.* N 659 relationem/ rationem N et *om.* NTR 660 autem *corr.* T1; *om.* T 661 (creatio) non/ut T 667 ut dictum est *om.* R 669 et cetera *om.* R 672 Praeter hoc/Nunc R (videndum) est *om.* R 674 est *om.* NR reddit/ reducitur N 675 supra *om.* R 676 exordium *add.* essendi in actu. Haec autem potentia est praeparatio et exordium N sicut/sic NR 677 perfectibile/perfectibilis TR Deo proprie *post* convenire potest N; convenire *post* potest T

669. De Trinitate c. IV, PL 64,1253 C; De Persona et Duabus Naturis cap. 1. PL 64,1341 C; cfr. Gilbertus Porretanus, Commentaria. PL 64,1291 A; 1363 CD.

675. voir l. 156 sqq.

Sed dicendum quod nec secundum hoc convenit ei, quia tales habitus non sunt secundum quos omnino sit res impassibilis. Hoc enim non est per virtutem positivam, ut supra dictum est, sed secundum huiusmodi habitus dicitur res non de facili passibilis.

685 Unde tales habitus locum habent solum in rebus quae possunt pati; ideo, et cetera.

Et sic patet quae potentia dicitur de Deo proprie et quae non, et per quem modum, quia potentia activa proprie dicitur de Deo.

690 Si autem ulterius quaeratur, an potentia activa dicatur realiter de Deo, dicendum quod potentia activa dicit rem aliquam absolutam et respectum quendam superadditum ad actum.

Secundum ergo quod potentia dicit absolutum aliquid, sic omnis potentia in Deo activa realiter ei convenit, quia quaecumque potentia in 695 ipso est eius essentia ut habet rationem qualitatis, praecipue eo modo quo qualitas dicitur de ipso, quamvis dici possit potentia.

Secundum vero quod potentia importat cum hoc respectum, sic dicendum quod potentia respectu actus extrinseci non convenit Deo realiter nisi sicut termino, non autem sicut subiecto.

700 Potentia vero respectu actus intrinseci realiter dicitur de ipso, quia dicit respectum realem.

Qualis autem sit ille respectus, dicunt quidam quod nullus respectus realis est in Deo, nisi relatio. Sed potest dici quod est ibi respectus actionis, ut supra in quaestione de actione dictum fuit.

705 Respectus autem quem potentia importat, eiusdem generis est cum respectu importato per actionem. Et hoc patet, quia dicimus quod agere consequitur actum et potentia activa consequitur actum.

Unde utrumque perfectionis est, scilicet potentia et agere. Sed tamen unum horum se habet ad aliud ut perfectius ad imperfectius, scilicet 710 actus ad potentiam, et sunt eadem habitudo re, differens modo sicut esse

682 omnino/non N 683 supra *om.* R 685 possunt/possent N; possint T 687 et quae non ... de Deo *om.* T 690 autem ulterius *om.* R 692 superadditum *corr.* T1; additum T 693 Secundum/Si T aliquid/quid *ante* absolutum N; *om.* T sic *add.* autem T 694 ei *om.* T 695 ut/et N eo/hoc N 696 possit/possint T potentia/quod etiam ut substantia est quia in substantia potest dici substantia N 697 (quod) potentia/substantia N cum hoc/est hic T 698 extrinseci/intrinseci N 700 vero/autem N 701 realem/talem N 704 supra in quaestione de actione *om.* R fuit/est R; *et add.* quod de actione R 706 quod/quia T 708 utrumque/utroque N 710 (actus) ad/et N

683. voir II, l. 403 sqq.

704. voir Quaestio XVI, II ed. Ypma pp. 289-295.

potentia et actu.

Tamen, quia potentia et actus dicunt diversos modos reales eiusdem rei, potest dici quod potentia et actio dicunt eundem respectum, sed diversos modos reales illius respectus. Et ideo aliquo modo sunt diversi
 715 respectus realiter, et unus habet rationem principii et causae respectu alterius, sicut esse potentia est principium eius quod actu.

In Deo autem potentia et actus dicunt respectum solum ratione differentem. Ideo bene dicunt quidam quod in Deo non est principium potentia actionis, nisi secundum rationem. Sed est ibi potentia respectu
 720 producti; et hoc verum est tam de potentia activa quam de potentia passiva, quia potentia passiva dicit respectum qui pertinet ad genus passionis, nec differt nisi sicut potentiale et actuale, ut supra dictum est.

Sed sciendum quod respectus potentiae in Deo, quae est respectu actionis manentis, omnino est idem cum respectu qui est actio, quia ibi
 725 non differt agere et posse, nec umquam est posse sine agere.

Differunt autem ratione, quia in Deo non est aliquid ut possibile. Sicut ergo in eo non est potentia ad esse, sic nec potentia ad agere quae sit differens ab agere.

Respectus vero potentiae quae est respectu actus non manentis, sed
 730 transeuntis, differt a respectu actionis, quia uterque convenit Deo sicut termino. Unde aliter creatura terminatur ad Deum ut possibilis est, aliter ut in actu. Sed hoc non est per mutationem Dei sed creaturae.

1. Ad primum ergo dicendum quod in Deo est potentia infinita, nec
 735 tamen movet in non tempore, quia est agens libere et non necessitate naturae. Illud autem intelligitur de potentia infinita in agente per necessitatem naturae, si esset.

2. Ad secundum dicendum quod actus non opponitur potentiae quae est in Deo, scilicet activae, immo consequitur talis potentia actum.

740 3. Ad tertium dicendum quod potentia activa Dei est idem cum actu quem consequitur; non autem est idem cum actu cuius est principium, idest cum ipso producto. Tamen haec diversitas productionis a producente

712 modos/respectus R 714 illius/eiusdem R 715 realiter/reales N 717
 respectum/eundem N 722 passionis/et rationis T sicut/ut N potentiale et
 actuale/actuale et passionale N supra post dictum est R 723 quae/qui T res-
 pectu/respectus N 724 actionis/rationis N omnino post est idem N 725 sine lect.
 inc. N 726 (non) est om. T 727 eo/Deo N (nec potentia) ad om. T 732 creaturae
 add. et cetera R 735 (et) non om. N 740 idem om. T 741 autem/tamen T

722. voir l. 524 sqq.

potentia non est secundum essentiam in Deo, sed secundum essendi modum; et haec diversitas sufficit ad potentiam, et haec non facit
745 compositionem.

Hic et dicendum est illud quod supra dictum fuit, scilicet quomodo sumitur actio, et cum dicitur quod potentia est principium actionis, et cetera.

4. Ad quantum dicendum quod non est simile de potentia ad esse et ad
750 agere.

Primo enim differt, quia potentia ad esse est etiam ad non esse, secundum Philosophum. Unde, quod potest esse, potest etiam non esse, et ideo quod semper est, non habet potentiam ad esse; sed potentia ad agere non est etiam ad non agere, quia potentia activa semper de se agit, nisi
755 aliquid prohibeat. Ideo, etiam cum agit, adhuc est potentia.

Secundo differt, quia potentia ad esse opponitur actui; potentia vero activa consequitur actum. Ideo haec potest semper coniungi actui, non autem illa.

Tertio, quia potentia ad esse perficitur per actum, ideo adveniente
760 actu cessat potentia. Sed potentia activa secundum quod huiusmodi non perficitur per actum; ideo, cum est in suo actu, non cessat potentia, sed cum agit, etiam tunc potest agere.

Potest tamen aliter dici quod, si potentia et actio dicerent diversos respectus, haberent rationem, quod dictum est. Nunc autem, ut supra
765 dictum est, potentia et actio dicunt eundem respectum, sed differunt secundum actuale et potentiale. Ideo, sicut idem quandoque dicitur albedo in actu, quandoque in potentia, sic eadem habitudo quandoque est actu, quandoque potentia; et quando est potentia, tunc dicitur potentia; quando est actu, tunc dicitur actio.

770 Unde ab actu recipit nomen actionis; sicut ergo quod actu et quod potentia ad idem genus pertinet, sic habitudo potentiae et actionis.

Et hoc etiam patet auctoritate, nam, ut dictum est, potentia activa

746 et/etiam N est om. P illud om. N 749 (et) ad om. T 752 (non esse) et om. T
753 potentiam ad add. non N 755 aliquid corr. N1; illud N 757 potest post semper
coniungi semper add. per T 758 autem/tamen N 766 dicitur add. ab eodem T
767 (albedo) in/et N (in actu) quandoque/quando T 768 quandoque add. est N (di-
citur) potentia add. et N 770 recipit/recipit N; accepit P 771 ad/et T 772 est om.
T; add. supra N

746. voir l. 171 sqq.

764. voir l. 282 sqq.

772. voir l. 156 sqq.

est principium et per consequens causa; ut autem dicit Simplicius, capitulo
de actione, speculatio de facere est speculatio de causa. Nam, ut dicit,
775 faciens proprie dicitur causa. Materia enim et forma magis sunt concausa
et non causa; exemplar autem et finis non sunt causa ipsius effectus
proxime ... sed sunt causa ipsi facienti ipsius facere.

Unde concludit proprie «igitur utique faciens erit quod maxime
causa, quare certa ratione quae de facere speculatio de causa est», et, ut
780 dicit, secundum divisionem causarum accipitur differentia eius quod est
facere.

Si ergo respectus potentiae activae et actionis non differt nisi
secundum potentiale et actuale, videtur quod in Deo non sit ille respectus
ut potentia est, sed ut actio est.

785 Et ideo secundum hoc dicendum est quod potentia activa non
convenit alicui quando agit, sicut nec potentia ad esse quando est; et
procedit similitudo de utraque potentia, quia potentia activa ut dicitur
potentia est, quasi quaedam potentia ad esse non absolute, sed ad esse
habitudinis in actu, quia actus et potentia sunt in actione, sicut et in aliis
790 praedicamentis.

Et secundum hoc videtur dicendum quod, licet dictum sit quod
potentia activa est in Deo, hoc non est accipiendum ut potentia est, sed ut
activa est, loquendo de potentia ad intra, quae semper coniuncta est actui.

795 Unde, cum dicitur quod potentia generandi est in Deo, intelligitur
de habitudine actionis quae tamen non est in eo ut potentia, sed ut actio;
tamen significatur nomine potentiae etiam sicut in creaturis.

De potentia vero Dei respectu exterioris potest dici quod magis
proprie dicitur potentia, cum quandoque haec habitudo sit in habitu,
quandoque in actu, non tamen ex mutatione sui sed creaturae. Ideo potest
800 dici quod ad intra non est potentia ut potentia in Deo.

Et potest ulterius dici secundum hoc quod potentia primo dicitur de
potentia ad esse, consequenter de potentia activa, et post de passiva, et
ultimo de ea quae est in secunda specie qualitatis. Et quod dicit
Philosophus, et quod supra dictum est, quod primo dicitur de potentia

773 autem *om.* T Simplicius *add.* in N 774 (facere) est/et R 775 enim/autem N
concausa/ cum causa NT 779 quae de/quod est N 786 ad *lect. inc.* T 789 actione
add. simul N 795 tamen/ cum N 800 dici *om.* P ad *om.* N Deo *add.* et cetera
NT 801 quod *ante* secundum hoc NT 803 est/sunt T 804 et quod/ut N

773. ed. Pattin II, 447.

778. *ibidem.*

804. voir l. 156 sqq.

805 activa, verum est in terminis quos ibi in V ponit et in principio IX; sed ibi non facit mentionem de potentia ad esse, sed post agit de illa.

Haec igitur dubitando dicta sunt.

5. Ad quantum patet quid dicendum sit.

6. Ad sextum dicendum quod posse contraria secundum potentiam
810 passivam, non potest esse sine imperfectione, cum talis potentia perficiatur per ea respectu quorum est principium, sed posse contraria secundum activam non dicit imperfectionem, quia potentia activa non perficitur per illa quorum est principium secundum quod huiusmodi.

7. Ad septimum dicendum quod limitatio dupliciter potest accipi.

815 Uno modo quantum ad rationem perfectionis, et hoc modo aliqua dicunt in Deo perfectionem limitatam, ut sapientia, quia dicit determinatam rationem perfectionis, distinctam a iustitia; et hoc intelligendum est secundum quod distinguuntur, quia ratione unius rei in qua sunt, una dicit quidquid dicunt omnes.

820 Alio modo quantum ad modum habendi, et sic nihil in Deo dicit perfectionem limitatam, quia sapientia non habetur a Deo limitate sicut a creatura.

8. Ad octavum dicendum quod, dato quod in creaturis substantia non sit immediatum principium actionis, ac per hoc non dicatur potentia, tamen
825 in Deo aliter est; de hoc tamen est dubium, an etiam in creaturis substantia possit esse immediatum principium actionis. De hoc autem alibi dictum est.

9. Ad nonum dicendum quod in Deo ad intra sunt plures potentiae, scilicet spirandi et generandi; non tamen dicitur intelligendi et volendi, nisi
830 secundum rationem. Similiter in respectu ad creaturas sunt in Deo plures potentiae, tamen, etiam dato quod respectu intelligere et velle essent potentiae in Deo et essent duae potentiae, adhuc non sequitur inconveniens, scilicet quod tunc esset duplex potentia respectu creaturae.

Est enim sciendum quod potentia in Deo uno modo sumitur, ut est

806 sed/ et NT 807 dubitando/dubitata N; dubitanda T sunt/sint N 808 quid dicendum sit *om.* R 810 imperfectione *add.* et N 811 sed posse contraria ... est principium *om.* NT 813 huiusmodi *add.* est T 814 dicendum quod *om.* R 816 sapientia/supra T 818 una *om.* N 823 dato quod/licet N 824 ac per hoc ... principium actionis *om.* N dicatur/ dicitur T 825 tamen/etiam R est *om.* TR etiam *om.* R 826 esse immediatum/ mediatum T; esse *om.* R de hoc autem dictum est *om.* R; ac T 830 Similiter/ Simpliciter N

805. voir l. 156 sqq.; l. 189 sqq.

826. voir Quaestio XVI, IV. ed. Ypma pp. 342 sqq.

835 speciale attributum Dei, sive contra intellectum; et sic dicit virtutem naturae. Et sic est una potentia respectu creaturae, licet diversificetur secundum connotata, idest secundum effectus.

Alio modo sumitur pro omni eo quod est principium actionis, et sic multa sunt in Deo quae habent rationem potentiae, nec est inconueniens
840 quod multae potentiae concurrant in productione creaturarum, sicut in artifice creato, ad hoc quod producat unum opus, requiritur multiplex potentia, ut intellectus, voluntas, potentia motiva, et cetera.

10. Ad decimum dicendum quod patet ex dictis quomodo idem et quomodo aliud, et cetera.

845 11. Ad undecimum dicendum quod non est de ratione activae potentiae quod agat per motum, sed alicuius potentiae activae non creatae.

12. Ad duodecimum dicendum quod in Deo est substantia, non ut a substando dicitur.

Item, in eo est operatio; et quod dicit Magister, ipse exponit se,
850 quia non est in Deo actio per quam ipse agitur, quod dicit Commentator; quod dictum Commentatoris non est verum de Deo.

Quidam autem dicunt quod Deus est materialis, non actu sed virtute.

13. Ad decimum tertium dicendum, require in quaestione de potentia
855 Dei, articulo primo.

14. Ad decimum quartum dicendum quod, si actio sumatur pro respectu, verum est quod potentia est eiusdem generis cum actione, quia respectus, quem potentia dicit, pertinet ad genus actionis, sicut potentia et actus ad idem genus.

860 Si vero sumatur pro eo quod producitur per activam potentiam, sic non oportet potentiam et actum esse eiusdem generis.

835 Dei/Deo N intellectum *add.* et voluntatem N 837 idest/scilicet N 838 omni
om. N 842 intellectus *add.* et N voluntas *add.* et R et cetera/et huiusmodi R 843
Ad decimum dicendum ... et cetera om. N dicendum quod om. R ex dictis *post* aliud
R 844 et cetera om. R 845 dicendum quod *add.* ut dictum est NT 846 (potentiae)
quod/ut R activae om. N non/ut R 847 dicendum *add.* est T dicendum quod om.
R substantia/potentia N 849 Item/ideo R quod/quia T ipse exponit se ... ipse
agitetur/et N 850 quod/quia T Commentator *add.* dicimus N 851 quod dictum
Commentatoris om. R 852 Quidam/qui T 854 (dicendum) require/respondere P; quod
NT require om. T 856 (quartum) dicendum om. NR quod om. R 860 sic non
oportet potentiam om. N 861 oportet/dicitur T generis om. T

849. II Sententiarum. Dist. I (2). PL 192,652,653.

850. in IV Metaphys. vol. VIII 67^oLM; 94^{vo}AB.

854. Thomas. De potentia I, art. 1. ed. Mandonnet II, pp. 2, 3.

Vel potest dici quod actus et potentia, quae sumuntur secundum esse, sunt eiusdem generis, non autem illa quae sumuntur secundum motum; sed primum melius est.

865 15. Ad decimum quintum dicendum quod non est verum de potentia activa communiter, sed de aliqua, ut patet supra.

16. Ad decimum sextum dicendum quod potentia respectu creaturae dicit in Deo respectum sicut in termino, sed aliquando habitualement, et tunc dicitur potentia; quandoque actuali, tunc dicitur actus. Sed idem

870 respectus est, ut dictum est, et cetera.

17. Ad decimum septimum dicendum quod Deo convenit impotentia patiendi, quia hoc est perfectionis, sicut impotentia procreandi.

18. Ad decimum octavum dicendum quod quando potentia generandi sit in Filio, diversus est dicendi modus; tamen potest nunc dici quod sicut
875 eadem ratio, sic eadem potentia est per quam dicitur Filius generari et Pater generare.

Require de hoc supra, in quaestione de actione et passione.

19. Ad decimum nonum dicendum quod de ratione passionis est non solum habere causam in alio, sed etiam in se ipso, et tamen ratione
880 principii potest concedi passionem esse in Deo, quia est quid ab alio.

20. Ad vigesimum dicendum quod verum est de actione quae respicit passionem; tamen potentia activa et passiva non sunt in eodem ut in subiecto, sicut nec actio et passio. Require supra.

Eindhoven

Eelcko YPMA, O.S.A.

868 habitualement/habitudinem T 872 sicut *add.* et N procreandi *lect. inc.* N 873
quando *om.* N 875 ratio/actio N 878 dicendum *add.* est N dicendum quod *om.* R
879 et tamen ... ab alio *om.* N ratione *lect. inc.* T 880 quia /qui P quid/qui R
883 supra *add.* et sic patet P

866. voir l. 583 sqq.

870. voir l. 510 sqq.

877. voir Quaestio XVI, V. ed. Ypma pp. 316, 317.

883. voir l. 307 sqq.